Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus, quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem promovendam sunt usi ; Malorvm Qvoqve Sacerdotvm infelici interitu, radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro commodiori Sacramentorum & ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1681

Exempla Modestiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48600

Visual Library

ſignatos his verbis : *Manſuetudo eſt animi immobi-*
tus inter vituperationem & laudes eodem modo per-
rans. Initium quidem iræ vacuitatis eſt labiorum
tium cum perturbatione cordis. Medium eſt ſilentium
ſarum quoque cogitationum cum animi tenuiſſimo mo-
nis vero eſt inter immundorum Spirituum ſtatus ſtab-
fixa tranquillitas. Ad quem gradum ut pervenire con-
præclaram S. Gregorij Nazianz. orat. 17. ſententiam
frequenter volvat : *Nihil homo tam divinum habet,*
beneficentiam & benignitatem, licet tibi nullo labore
fieri, noli divinitatis conſequendæ occaſionem ab-
alij opes ſuas effundunt, alij exhauſtam carnem Spi-
mancipant, & propter Chriſtum emoriuntur ; alij car-
pignora DEO conſecrant, ne tibi Sacrificium Abraha-
ditum eſt. Horum nihil à te poſtulamus, pro omnib-
unum offer, nempe benignitatem, quâ DEVS magis
cunctis rebus in unum collatis delectatur.

Exempla Modeſtiæ.

I. Modeſtia eſt virtus, quæ omnem indecentiam in
bus & geſtibus vitare docet ; quam proin meritò Ch
in prima ſua doctrina Apoſtolis data Matt. 5. comme
dicens : *Vos eſtis lux mundi ; ſic ergo luceat lux ve-*
ram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glori-
Patrem veſtrum, qui in cælis eſt. Cùm enim exempl
ad ædificationem Proximi conducant, quàm verba,
hoc inſtrumento potiùs, quàm prolixis ſermonibus ut
Sacerdos ad animos DEO lucrandos ; certè de S. Fran
Seraphico legitur, ſolâ cum vultus ſui modeſtiâ magis
cientes ad pœnitentiam commoviſſe, quàm alij longis
cundis orationibus fecerint. Sed & de S. Luciano ſcrib
inſigni ejus modeſtiâ & vultus hilaritate Ethnicos conv
& ad veram fidem perductos eſſe.

II. Qualis porro eſſe debeat hæc modeſtia, pulchrè Sp
tus Sanctus in Canticis Canticorum indicavit, dum Sp
qualitates deſcribit, & 1. quidem in genere cum deſc
dicens : *Dilectus meus candidus & rubicundus ;* in
ſcilicet, eum candidum eſſe per innocentiam, rubi

autem per morum verecundiam, quâ omnem indecentiam in moribus arcebat. Poſtea verò in ſpecie ad ſingulas partes deſcendens de capite ait: *Caput ejus aurum optimum*: ut oſtendat caput ejus grave & difficulter mobile fuiſſe, nec, ubi opus non erat, ad alterutram partem, aut deorſum, ſurſumve fuiſſe motum. 3. Verò de oculis ait; *Oculi ejus ſicut columbæ ſuper rivulos aquarum, quæ lacte ſunt lota, & reſident juxta fluenta puriſſima*: ut indicent, eum oculos ab omni curioſo aut ſenſuali aſpectu ſeverè cohibuiſſe, nec niſi ad objecta puriſſima, id eſt, ad gloriam DEI tendentia convertiſſe. 4. Genas illius *ſicut areolas aromatum* ob hilaritatem & lætitiam etiam exterius manifeſtatam omnes aſpectu ſuo recreâſſe, & ad amorem excitâſſe affirmat. 5. Labia illius *liliis diſtillantibus myrrham probatiſſimam* ſimilia eſſe ait, ob modeſtiam & ædificationem, quam in verbis ſuis præſeferebat. 6. *Manus illius*, inquit, *tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis*, id eſt, ſemper in actionibus ac officijs ad cæleſtem gloriam acquirendam occupatæ. 7. *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas*; eò quòd ſingularem in inceſſu gravitatem ac mediocritatem ſemper oſtenderit. 8. *Species ejus, inquit, ut Libani, electus ut Cedri* propter altitudinem & rectitudinem, quàm tota ejus modeſtia præſeferebat; ut adeò nihil ſuperſit, niſi ut hæc Modeſtia ob oculos ponatur Sacerdotibus, dicatúrque: *aſpice, & fac ſecundùm exemplar*, uti ſequentes & alij multi Sacerdotes fecerunt.

S. Auguſtinus adeò huic virtuti ſtuduit, ut, quemadmodum Author vitæ l. 3. c. 54. ait, non hominem, ſed Angelum, utræque perfectionis abſolutum exemplar te videre putares; unde mirè Civium ſuorum animos ſibi demeruit.

S. Bernardus cum ſuis Monachis Innocentio II. Pontifici & Cardinalibus Monaſterium Clarevallenſe viſitantibus tantâ cum modeſtiâ obviavit, ut Pontifex & Cardinales à lacrymis præ gaudio temperare ſibi non poſſent. Vita l. 2. c. 1.

S. Ignatius adeò compoſitis erat moribus, ut nec manum, nec oculum ſine ratione moveret; ideóque per hanc ſuam modeſtiam non paucos ad Societatem pellexerit. Matt. l. 3. c. 6. & Hiſt. Soc. p. 1. l. 16. Hinc cùm vidiſſet quoſdam è noſtris Juvenibus ſolutiori geſtu in publico deambulantes, palàm

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

palàm caſtigari eos curavit, gravíque oratione admon
ut inſitam animis verecundiam etiam exteriùs præſeferr
& quoniam, Apoſtolo teſte, ſpectaculum facti eſſent o
bus, ſummopere caverent, ne ſupervacanea locutione,
rioſo oculorum obtutu, alióve in condito geſtu; me
corporis quemquam offenderent.

P. Balthaſar Alvarez tantam in vultu & membris om
modeſtiam præſeferebat, ut quidam, qui Miſſam cu
ta modeſtia legentem viderat, ad Societatis Inſtitutu
plectendum ſit permotus. Vita c. 7. §. 1.

Ferdinandus Auſtrius Oenipontanus Archidux, c
Proceſſione Euchariſtica P. Alexandrum Heller in med
ba vidiſſet, adeò motus eſt viri modeſtia, & vultu
quam ſanctitatem ſpirante, ut ſtatim eum acciverit, &
ta ſe incedere juſſerit, ſtupente urbe inſolitum Princip
rem. Annuæ Germ. ſup. 1611. Coll. Conſtant.

Inter Peruſinos Vir quidam nobilis, cùm Religio
noſtrorum inter ſacrificandum pietatem; nec non ſile
in templo, ac religioſam gravitatem conſpexiſſet, d
redux teſtamentum jam confectum reſcidit, & ſua Co
aſſignavit. Annuæ 1650. prov. Rom. fol. 12.

Gerondæ cùm femina impudica duos Religioſos
cum modeſtia & gravitate per urbem incedentes ce
ita permota fuit, ut mores ſuos leviſſimos deteſta
feſſionem multis cum lacrymis fecerit. Annuæ Arag.

Petrus Forerius S. Auguſtini imitator tantam in
modeſtiam præſeferebat, ut, cùm Matrona quædam
conſpexiſſet, dicere auſa ſit, ſe, ſi Patrem Forerium ta
Sanctum fama non deſcripſiſſet, vel ſolâ oculorum
modeſtiâ, ſplendoréque faciei perſuadendam fuiſſe,
lem judicaret. Adeò autem ipſe eam Sacerdotibus &
ligioſis neceſſariam exiſtimabat, ut itinerarium duob
Religioſis Romam ituris compoſiturus, in quavis p
ter verbum *Modeſtia* una ſerie ſcripſerit, ut vel hac
ſtenderet, eam præceptorum omnium Breviarium eſſe
ta l. 2. c. 16.

III. Quare omnes Sacerdotes non modò pectori a
ſculpere, ſed ſtudioſiùs inſuper adimplere debent ſa
mam S. Auguſtini regulam, dum ait: *In inceſſu, ſtatu*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

habitu, & in omnibus moribus veſtris nihil fiat, quod cujusque offendat aſpectum, ſed quod veſtram deceat Sanctitatem; ita ut impleatur Apoſtolicum ad Philipp. 9. monitum: *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete: modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus; Dominus enim prope eſt.* Si ergo S. Bernardini adhuc Juvenis præſentia tantùm potuit, ut ad unius illius præſentiam æquales ſuæ immodeſtiæ puderet, & his verbis: Bernardinus adeſt: ad gravitatem ſe componerent; quantò magis præſentia DEI ſimilem in Sacerdotibus modeſtiam & gravitatem evincere debet.

Exempla Sedulitatis.

I. Sedulitas eſt virtus, quâ ad immoderatum ſtudiorum appetitum vitandum, & ad labores utiles ſuſcipiendos incitamur; unde facilè patet, quantopere ea Sacerdotibus conveniat, utpote Evangelicis operarijs in vineam Domini miſſis, quibus æquè ac Apoſtolis à Chriſto dicitur: *Ego poſui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus Veſter maneat.* Jo. 15. Unde tantò major eſt negligentia in virtutis hujus exercitio admiſſa, quantò præſtantiores ſunt labores, ad quos Sacerdotes ſunt vocati. Porro duplex eſt otioſitatis genus, ad quod vitandum hæc virtus inclinat.

II. Primum eſt, cùm quis nihil agit, atque adeò ſimilis eſt operarijs, quos Paterfamilias Evangelicus ſtantes in foro otioſos invenit; quibus proin meritò dicitur: quid hîc ſtatis otioſi? Ite & vos in vineam meam, & cum alijs operarijs ſtrenuè laborate, ut parem cum illis mercedem accipiatis. Quo in genere multi Sacerdotes præclara Exempla reliquerunt.

S. Auguſtinus, ut nulla, quemadmodum ipſe loqui ſolebat, ſtilla temporis, quæ carò illi valebat, perderetur, de die laborabat in juvandis hominibus, noctis verò non modicam partem in libris ſcribendis inſumebat. Vita l. 3. c. 22.

S. Bernardus, quantopere otium fugerit, vel ex ea, quam de jactura temporis protulit, ſententia colligere licet, ſic enim loquitur: in ſerm. ad ſchol. *Nihil pretioſius tempore, & heu nihil hodie vilius reputatur. Tranſeunt dies ſalutis,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN